

Deipara Virgo in Crucifixione Filii.

In libro Ecclesiastici (c.7. v.29) haec verba leguntur: Gemitus matris tuae ne oblitiscaris. Quacumq; est mater nostra? Heva prima mulier mater cunctorum viventium appellata fuit, sed melius dici debuisset mater cunctorum mortuorum, imo mortuorum: per Adam namque, qui eiusdem Hevae susatione cibum velut gustavit, peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes peccaverunt (ad Rom. 3. 12). Potiori iure, quam Heva, Maria est mater nostra; illa enim ad mortem, haec ad vitam nos genuit. Ubi autem Deipara nos genuit? Genuit nos in suo corde, quando ad vocem Archangelus respondit: Ecce ancilla Domini (Luc. 1. 38). Principaliter autem nos genuit quando benedictus eius Filius Iesus o cruce pendens, dixit ei: Mulier, ecce filius tuus (Jo. 19. v. 26). Huius ergo Matris, erga nos charitate fragrantissimae, gemitus oblivisci non debemus. Pietas, religio, Dei voluntas, gratitudo, ad hoc nos inducunt.

Sed quo tempore genuit et doluit sanctissima Mater nostra? Profecto toto tempore vitae suae, adeo ut dicere potuerit cum Regio Psaltes: Defecit in dolore vita mea, et anni mei in gemitibus (Ps. 30. 11); et Dolor meus in conspectu meo semper (Ps. 37. 18): gratia enim plena, et donis Spiritus Sancti cumulatae repleta a primo suae conceptionis instanti, spiritu prophetico omnia praevidentis, quae sibi et Filio suo evenire debebant, doluit antequam fierent; postquam autem evenerunt, doluit etiam. Dicere ergo potuit illud Thren. (1. 22). Multi gemitus mei, et cor meum moerens.

Gemitus igitur semper Deipara effudit, et incessanter doluit, adeo ut si divus Bernardus de Christo dicit, quod Crucifixus fuit ab utero, idem adfirmare nos possumus de benedictae Virginis doloribus. Veruntamen non semper eodem modo dolores passa est. Aliquando enim ipsa sola doluit; aliquando vero cum Filio suo compassa est. Nos, ne nimis in longum orationem de Deiparae doloribus protrahamus, de illis, quos Iesu Christo adhuc vivente passa est, primum in hoc loco pertractabimus, praesentemque titulum S. Mariae Compassionis nominamus: in alio vero titulo, de desolatione eiusdem Deiparae post Filii sui mortem sermonem instituemus.

S. Maria Compassionis

S. Basilius (in regul. brevior. reg. 173) docet, evidens signum dilectionis esse duplex; primo ut proximi utilitate laetetur et gaudeamus; secundo ut de eius malo tristemur, et eum iuvare et auxiliari satagemus. Unde Iob, qui viscera plena pietatis habebat, testatur se simul cum pauperibus passum esse: Compatiebatur anima mea pauperi (Iob. 30. 25); et Apostolus cor habebat adeo ad compassionem proclive, ut dicere non dubitaverit: Quis infirmatur, et ego non infirmor (2 ad Cor. 11. 26)? Re quidem vera si perfectio a charitate procedit, ille magis perfectus dicendus est, qui magis proximo patienti compatitur. Nos unum corpus sumus in Christo, et membra de membro (1 ad Cor. 12. 27); si autem unum membrum corporis patitur, nonne compatimur omnia membra? Verum si hoc de quibuslibet membris, quid dicendum erit, cum caput dolet? Omnibus illud estatum notum est: Cum caput dolet, omnia membra dolent; et tanto magis dolent, quanto magis capiti proxima sunt. Iam ex dictis hoc prono alveo fluit, quod patiente Iesu Christo Servatore nostro, qui caput est mystici corporis, quod est Ecclesia, Deipara Virgo, quae est unum ex principalioribus eiusdem Ecclesiae membris, maxime cum illo pati debuit. Ipsa autem multiplici ratione compassa est.

Deipara compassa est Filio, quia mulier.

E cruce pendens Iesus Christus, cum vidisset benedictam suam Matrem, mulierem nomine illam nuncupavit: Mulier (Jo. 19. 26). Quare foeminei sexus nomine, et non maternae dignitatis honore Deiparam Christus noncupavit? Id sine altissimo mysterio profecto non accidit.

Negari non potest, foeminas ad pietatem et misericordiam viris prioriores et procliviores esse. Aristoteles (lib. 9. de anim.) docuit, quod cor virile expansum magis, muliere vero magis compressum est. Ideo viri ad laetitiam, quae animam dilatat, mulieres ad tristitiam, quae contrahit, magis aptae esse noscuntur. Sed, missis hisce prophanis auctoritatibus, id ex permittis S. Scripturae locis luculenter eruitur. In Exodo (cap. 1.) narratur quod, praecipiente rege Pharaone obstetricibus Aegyptiis, ut quando obstetricarentur Hebraeae, et partus tempus adveniret, servatis foetuinis, occiderent omnes masculos nascentes; ipsae cor adeo durum non habuerunt, ut impio regis praec-

cepto obedirent, viresque conservarunt. Insuper in eodem Exodi libro (cap. 2.) legitur, praedicatum Pharaonem praecipisse, quod quidquid masculini sexus nasceretur, in flumen profici deberet. Tunc autem vir de domo Levi, pater Moysis, nequaquam sollicitus fuit de puero servando. Verum Mater infantis, utpote ad pietatem prior erga fructum uteri sui, illum primo tribus mensibus abscondit; deinde, cum iam illum amplius celare non posset, ita egit, ut puer salvari posset: votis autem suis exitus respondit, et mediante alia muliere, nempe filia Pharaonis, quae pulcherrimi infantis miserta, ait: De infantibus Hebraeorum est hic! Moyses a submersione liberatus, ad salutem Israelis crevit. Quid plura? Exploratorum terrae promissae, qui ad mortem quaerebantur, sola mulier, nomine Rahab, quantumvis meretrix, miserta est, et ipsos abscondens, liberavit et salvos remisit (Jos. 2. 4). Ad haec nuncios euntes ad David, ut salvarent illum de manu Absalom, absconditi fuerunt in puteo, et a morte liberati per mulierem (2 Reg. 17. 19). In Sarepta Sydonis pene innumeri habitabant viri, multis divitiis affluentes, et tamen, cum Helias in illam urbem a Deo missus fuisset, ad neminem illorum, sed ad solam piam mulierem ex Dei mandato divertit (3 Reg. 17. 9). In Canticis Canticorum legimus (cap. 5. v. 17), quod, cum quadam die egeretur Sponsa, quaerens Sponsum suum, licet alioquin plures ei occurrerent viri, solum foeminae sibi compatientes dixerunt: Quo abit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? quo spectavit dilectus tuus? et quaeremus eum totum. De Hester scimus, ipsam solam compassam fuisse populo morti addicto, et apud Assuero, cum magno suae vitae periculo, causam Hebraeorum defendisse (Hest. 7. 3). Item sola Iudith mulier vidua, suae patriae miserta, illum liberavit, cum homines illum tradere in manus inimici decrevisset (Iudith. cap. 8). Sed ad novum testamentum veniamus. Mulieres ministraverunt Domino praedicanti per caestellam et civitates (Luc. 40. 38). Dum Iudaei saeviebant in Christum baulantem Crucem, mulieres solae sequebantur illum flentes (Jo. 19. 25). Uxor Pilati sola conata fuit impedire Dominicam passionem, cum omnes clamarent: Crucifige, crucifige eum (Matth. 37. 19). Mulieres Crucem adstiterunt (Jo. 19. 25). Mulieres primae ad monumentum Christi venerunt (Jo. 20. 1.) etc.

Quamvis ergo etiam homines compassionis et doloris sint capaces, tamen negandum non est, mulieres ad hoc prioriores existere, ex ipsa sua natura, et foeminei sexus conditione. Unde enim mulieris nomen? Mulier, inquit Li-raquetus (4. lib. Connubial.) a molliendo; idem ergo est mulier quod mollis, non solum corporis, sed animi etiam mollietate et flexibilitate. Patet igitur ex hoc, beatissimam Virginem, etiam inspecta tantum sui sexus conditione, summo dolore et compassione affectam fuisse in Filii sui passione; et idcirco, inter alias rationes, Iestim illam mulieris, non matris nomine vocasse, cum illi Ioannem in filium tradidit. Nec illius doloribus ullo modo existi-

mandum esse obstrare, quod ipsa peccati originalis et nullarum miseriarum ex ipso consequentium expers fuerit. Non est profecto defectus aut imperfectio habere cor ad compassionem pronum et proclive; nam compassio ex charitate prodit; et charitas est virtutum omnium nobilior. Quaro pietatissimus Iob quasi gloriantur haec animi sui dispositione, et sic scriptum reliquit (Iob. 31. 18.): Ab infantia crevit mecum misertatio. De Salomone legimus, quod inter cetera dona a Deo collata illud adnumeratur (3 Reg. 4. 29): Dedit ei Deus latitudinem cordis; et, ne in longum procedamus, de ipso Dei Patris Verbo in humana natura assumpta sic loquitur Apostolus (Hebr. 4. 15): Talis enim decebat, ut esset nobis Pontifex... qui possit compatiri infirmitatibus nostris. Tantum igitur crevisse dicendum est dolorem et compassionem in corde beatissimae Virginis pro Filii sui passione, quantum ipsa, utpote perfectissima inter ceteras puras creaturas, sexus conditione aliis mulieribus praestat et supereminet.

Deipara compassa est Filio, quia Mater.

Si quaelibet mulier, ob sui sexus conditionem pronata est ad compatendum cuiuslibet patienti, quid dicendum est, si haec mulier, est etiam mater, et si ille qui patitur sit fructus sui ventris?

Quemadmodum ignis ponderari nequit (4. Esdr. 4. 5.), sic nec ponderari potest amor matrum erga filios. Arnobius refert, adeo excessivum fuisse amorem Agrippinae erga impium suum filium Neronem, ut euidam astrologo ei dicenti, futurum esse, ut ille ad imperium perveniret; adeo tamen tyrannum evasurum, ut propriam matrem foret occisurus, ipsa continuo respondit: Occidat me, modo imperet. Sed quid refero Agrippinam? Ipsa bruta animantia naturalis materni amoris erga filios luculentissima praebent argumenta. Ut aquilam clamant, quae, ut filios suos ab accupe defendat, periculo iaculorum se exponit; utpote pelicanum sileam, quae ut filiorum vulneribus medetur, rostro proprium pectus percucit, sanguinem elicit, solum dicam, leaenas ipsas pro suis leuonibus saepe vitam ipsam suam exposuisse. Si ergo materius amor naturaliter tam ardens esse solet, non potuit non in Maria ardere esse; tum quia, si ad amorem, quem vocant acquisitionem, mentem convertamus, qui maxime fovendi et nutririi solet communicationis, et familiaritatis pabulo, necesse est, hunc amorem fuisse in beata Virgine admodum eximium, cum ipsa cum Filio suo per plusquam triginta et tres annos, familiariter concludendum habuerit. Apostolus Petrus ad breve tempus cum Christo conversatus fuit; et tamen summo exarsit amoris igne erga eum. Magdalena vix vidit Iesum in domo Simonis, et illico

tanto eius amore capta fuit, ut ipse Jesus dixerit de illa: *Dilexisti multum* (Luc. 7.47.). Quid igitur dicendum est de Mariae amore erga charam suam sobolem? Si ceterae matres filios diligunt ob eximiam eorum pulchritudinem, nemo profecto pulchrior illo, de quo David dixit: *Speciosus forma prae filiis hominum* (Is. 44.): Si aliae genitrices natos suos amant ob divitias, quis ditior illo, quem Pater constituit haereditum universorum (ad Hebr. 1. 2.)? Si aliae filios amant propter imperium, omnia dedit ei Pater in manus (Io. 13.3.): si ob scientiam, in ipso sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae Dei (ad Coloss. 2.): Si denique aliae matres amatissimas se filiis exhibent propter egregiam eorum indolem, et propter innocentiam eximiam et virtutes, de Christo procul dubio scriptum est, quod peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius (1. Petr. 2.).

His adde, quod beatissima Virgo dupliciter mater Iesu dicenda est, nam absque viri concursu illum genuit, ex sola Spiritus Sancti virtute. Nec tantum naturaliter ipsa Filium suum dilexit, sed supernaturaliter etiam charitate.

Cum ergo tantus fuerit amor in Deipara Virgine, ex eius amoris propemodum immensitate, conici potest acerbitas compassionis ob dilectissimi sui nati passionem; doloris enim mensura a mensura amoris sumenda est. Ad quod sane respiciens divus Bonaventura dixit (in offic. de Compass. B. M. V.): *Nullus dolor amarior quia nulla proles charior.*

Cui igitur comparari potest, vel cui assimilari dolor et compassio Virginis benedictae? Abrahami cor compassionis iaculo vulneratum esse debuit, quando filium suum Isaac ad montem secum duxit, ut illum, iuxta Domini praecoptum, sacrificaret. Sed compassio Abrahae comparari nequit compassioni Deiparae, quia ille erat vir et pater; haec autem mulier est, et Mater tantum Filii. Heva ipsa, uxor Adae, summpere dolore debuit, quando vidit filium suum Abel a fratre Cain occisum; sed Heva in primis dividere potuit compassionis dolorem cum viro suo; et quis nescit, quod solarium est miseris socios habere poenantes? Dande vero Heva non vidit filium tam dura supplicia patientem, sed illum probabiliter aspectu iam mortuum; Maria vero omnium Filii dolorum testis oculata et socia fuit. Patet igitur, summum fuisse dolorem beatissimae Virginis, quia compassa est Filio qua mater.

III.

Deipara compassa est Filio, qua Mater unigeniti.

Quamvis quaelibet mater summo dolore afficiatur in morte cuiuslibet sui filii, indubium tamen est, quod si, uno defuncto alii supersint et nati, quodammodo dolor ipse minuitur et attenuatur: sed si filius, qui moritur, uni-

cus sit matri suae; sique illi nullus alius remaneat, equis dicere potest quanta sit illius genitricis compassio et desolatio?

Iam vero hic praecisus est casus benedictae et inemeratae Virginis Mariae in passione et morte unigeniti et divini filii sui Iesu.

De fide est, sanctissimam Deiparentem in virginitate concepsisse, et peperisse Iesum Christum. Isaias id praedixit, cum inquit (7. 19): *Ece Virgo concipiet...* Angelus autem Gabriel missus fuit ad Virginem, et nuntiavit ei, ipsam electam fuisse ad divinum maternitatem. Deipara autem respondit: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco* (Luc. 1. 34.)? Certum ergo est, Deiparam usque ad Christi conceptionem virginem fuisse; ac proinde nullum filium ante illam habuit, aut habere potuit. Post partum autem similiter de fide certum est, eandem Dei Genitricem virginem permanensisse. Impius Helvidius hoc negare praesumpsit, et non est veritus asserere, matrem Christi post partum a Ioseph fuisse carnaliter cognitam, et alios genuisse. Simili ausu temerario Iovinianus, et Lucas Sternberger blaterarunt, quod Maria, praeter unigenitum suum Iesum Christum, alios progenitum filios. Ezechiel propheta sic de virginitate Deiparae, etiam post partum, vaticinatus est (44. 2): *Porta haec clausa erit, et non aperietur, et vir non transibit per eam; quoniam Deus Israel ingressus est per eam.* Quod exponens divus Augustinus (serm. 18 de temp. par. a princip. tom. 10) docet, ex praedictis Isaias verbis aperte colligi virginitatem Deiparae post partum. *Quid inquit, porta in dono Domini clausa, nisi quod Maria semper erit intacta? Et quid est, Homo non transibit per eam, nisi quod Ioseph non cognoscat eam? Et quid est, Clausa erit in aeternum, nisi quod Maria Virgo est ante partum, Virgo in partu, et Virgo post partum?* Angelicus autem Doctor divus Thomas (3. p. q. 28. art. 3.) id ipsum affirmat, et docet convenire virginitatem Deiparae post partum 1. Christi perfectioni, quia sicut secundum divinam naturam unigenitus est Patris, tanquam perfectus per omnia Filius eius; ita deest ut esset unigenitus Matris, tanquam perfectissimum germen eius; 2. convenire Spiritui Sancto, cuius sacrarium fuit uterus virginis, in quo carmen Christi formavit; unde non decebat, quod de cetero violaretur per committationem virilem; 3. convenire dignitati et sanctitati Matris Dei, quae ingratissima videretur, si tanto Filio non contenta esset, et si virginitatem, quae in ea miraculose conservata fuerat, sponte perdere vellet per carnis concubium; 4. denique convenire ipsi Ioseph, cui esset ad maximam praesumptionem imputandum, si eam, quam, revelante Angelo, de Spiritu S. concepsisse Deum cognoverat, polluere attentaret. Jure merito igitur Ecclesia Beatam Virginem accinit: *Post partum Virgo iniolata permansit.*

Si ergo Deipara nullum filium habuit, antequam Mater fieret Christi; si nullum postquam Christi effecta est genitrix, proculdubio sequitur, ipsum Iesum unigenitum fuisse, et filium unicam Matri suae.

IV.

Deipara compassa est Filio, qua Mater innocens.

Eliphaz Themanites, volens amico suo Iob aliquod lenimentum suis verbis afferre in eius calamitate, sic illum alloquutus fuit (Iob. 3. 7.): *Recordare, obsecro te, quis unquam innocens perit, aut quando recti deleti sunt.* Licet enim Deus aliquando sinat innocentes ab impiis opprimi, vel aliter per tribulationem probari. quemadmodum contigit Abel filio Adae, a Cain fratre suo occiso; Ioseph filio Iacob, a fratribus suis in cisternam demisso, et postea Ismaelitis vendito; et denique ipsi Iob; tamen in ipsa oppressione et tribulatione solet Deus aliqua consolatione recreare innocentes, qui iniuste patiuntur; et saepe etiam a manu persequentium ipsos innocens miraculose eripit, uti eventit Davidi, quem et gladio maligno non semel liberavit.

Hisce positis, est ne innocens benedictus Iesus? Si autem innocens est, quo morti turpissimae damnatus est? Quare aeternus eius Pater illum e manibus impiorum non eripuit?

Innocens, si vim verbi inspiciamus idem est ac non nocens: secundum Graecos interpretes sacrorum Bibliorum, est ille, qui habet mentem abhorrentem a malitia, vel malitiae ignaram. Iuxta alios definitur *Animi affectu, quae nocet nemini, nemini male velit, sed omnibus prodesse et benefacere studeat.* Quare Cicero (lib. 5 Tuscul.) dicit: *Innocens dicitur, non qui leviter nocet, sed qui nihil nocet.* Divus Chrysostomus autem et Occumenius innocentem dicunt *expertem doli, qui nescit fallere, nescit decipere.* Fraus enim ac dolus, aequae ac animus nocendi avidus, proprie vocantur malitia (vide a Lapid. in epist. ad Hebr. cap. 7. v. 26).

Apostolus gentium (ad Hebr. cap. 7. v. 26) docet, quod *Talis decebat nobis, ut esset Pontifex, sanctus, INNOCENS, etc.* - Decebat, inquam, quia nihil nobis Iesu mors profuisset, nisi innocens eam passus fuisset; et idcirco Iesu innocentia est praecipuum salutis nostrae caput, inquit Lucas Brugensis. Adam, cibum vellit gustando innocentiam amisit, et nocens factus est. Praeterea quod nocuit Deo, saltem affective, quia illum, quantum in se fuit, e sua suprema sede exturbare contendit: dicit tantum quod nocuit sibi; denique et universo humano generi. Verum, ut nocens redimeretur ab aeterna morte, innocens mori debuit: *Talis enim decebat, ut esset nobis Pontifex...* innocens.

Haec reponi posset illud quod Angelicus divus Thomas docet (part. 3. quest. 46 art. 6. ad 5). Ipse enim, disserens de Christi passione, dicit: *« Videtur quod innocentia patientis diminuit dolorem passionis. Sed Christus in nocens est passus, secundum illud Hieremi- » ae (11. 19): Ego autem quasi agnus man-*

» suctus, qui portatur ad victimam. Ergo di-
» cendum quod dolor passionis Christi non
» fuerit maximus. Huic objectioni ipse
» Angelicus Doctor respondet: « Sed contra
» dicendum quod innocentia patientis minuit
» dolorem quantum ad numerum, quia cum
» nocens patitur, dolet non solum de poena,
» sed etiam de culpa; innocens autem solum
» de poena: qui tamen dolor in eo augetur
» ex innocentia, in quantum apprehendit no-
» cumentum illatum, ut magis indebitum;
» unde etiam alii magis sunt reprehensi-
» biles si ei non compatiuntur, secundum
» illud Isaias (57. 1): Iustus autem perit,
» et non est, qui recogitet in corde suo ».
Etiam prophanus poeta Ovidius hanc veritatem confirmavit (in suis epist.) dicens:

Leniter ex merito quidquid patiare ferendum est:
Quae venit indigne poena dolenda venit.

Si igitur, uti diximus, innocentia non extenuavit, sed mirum in modum aggravavit Christi passionem, proculdubio benedicta eius Mater maximum et infandum dolorem experiri debuit, eo quod vidit dulcissimum suum Filium, qui licet sanctus, innocens, impollutus, segregatusque esset a peccatoribus, tamen derisissima tormenta patiebatur.

Non me latet, conscientiam male factorum tormentum potius, quam lenimentum afferre patienti. Verum negari non potest, quod quando poena non est iniuste inflicta, imo per delicta patrata promerita, tunc et qui illam patitur, quantum alio modo illam voluisset in causa, conquiri non potest; et qui patientem diligunt, compati quidem ei possunt, sed de iniustitia eiusdem poenae accusare nequeunt. Unde et latro poenitens socio suo blasphemanti dixit (Matth. 27): *Nos quidem iuste, nam digna factis recipimus, hic autem quid mali fecit?*

Haec Deipara Virgo, stans iuxta Crucem Filii sui, audivit a latrone, et fortasse eadem verba repetere potuit: *Quid mali fecit benedictus et dulcissimus Filius meus?*

Interrogatur prophetae. Prophetae praenuntiarent de ipso dici debere: *Eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuit in ore eius* (Is. 53. 9). David in Psalmis dixit: *Quaeretur peccatum illius, et non inveniatur.* - *Quid mali fecit?* Ipse proditor Iudas, qui illum vendiderat, poenitentia ductus, retulit triginta argenteos dicens: *Peccavi tradens sanguinem iustum* (Matth. 27. 3.). *Quid mali fecit?* Herodes illum damnare non potuit, et illum dimisit (Luc. 23. 12). Pilatus ipse, inquisivimus iudex, dicere coactus fuit: *Ego nullam causam mortis in eo invenio* (Luc. 23. 22): *Innocens ego sum a sanguine iusti huius* (Matth. 27. 24.).

Si ergo Christus non tantum innocens erat a quocumque crimine, idest non nocens, verum etiam omnium benefactor extitit; et his-

ce non obstantibus, dirissima tormenta perpassus est, quantum ei compati non debuit benedictissima eius Mater? Saul rex innocens profecto non erat. Ad nullum aliaud damnum temporale, pro sua inobedientia divinis iussionibus damnatus fuerat, nisi ad regni privationem; et tamen Propheta Samuel illum amarè loquebat (1. Reg. 15. 33). David a filio suo Absalom male tractatus fuit, qui per summam ingratitude[m] et iniuriam, contra regnum, et vitam patris saepe conspiravit; hisce non obstantibus, quum David nunciu[m] mortis accepisset ingratisissimi et perniciosa Absalom, *contristatus ascendit caecoculcum portae, et fecit, et sic loquebatur vadens: Fili mi Absalom, Absalom fili mi! quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te, Absalom fili mi, fili mi Absalom* (2. Reg. 18. 33)? Advertendum heic est, Absalom non fuisse innocentem, sed nocentissimum, immo pernicidiam: Absalom insuper non sustinuit tanta tormenta, quanta passus fuit innocentissimus Christus, sed tantum lancea confosus mortem peroptit. Ad haec, David habebat cor virile et forte; alios filios, praeter Absalom habebat: denique non vidit suis oculis filii sui mortem. Quis ergo non videt maximam differentiam, quae intercedit inter Davidis pro morte Absalom, et Deiparae Virginis pro morte innocentissimi filii sui Iesu Christi dolorem?

Heu! mihi videtur, benedictissimam Matrem nunc ad Filium suum dolenter convertit, illic sic loqui: Indica mihi, obsecro, dulcissime Nate, in quo Iudaeos offendisti, quoniam ab ipsis odio tam maligno persequutus es? Forsitan vero contra Caesarem conspirasti, illicque tributi solutionem denegasti? Forsitan blasphemasti? Forsitan?... Nunc dolorosa Genitrix ad aeternum Patrem convertitur, illumque sic affatur: *Deus, Deus meus, quare Filium tuum dereliquisti? In te speraverunt patres nostri, speraverunt et liberaisti eos; ad te clamaverunt, et salvi facti sunt. Respice de altissimo caelorum habitaculo Filium tuum innocentissimum, qui videtur vermis et non homo, opprobrium hominum et abieccio plebis. Nemo unquam frustra ad te clamavit: quare vocem morientis Iesu non audis? Audisti vocem Noe, illumque de diluvio aquarum multarum salvasti; audisti vocem Abrahæ, illumque de Ur Chaldaeorum liberasti; audisti vocem Ioth, illumque de Sodoma incendio eduxisti; audisti vocem Danielis, illumque de lacu lionum eruiti; audisti vocem Susanna, illamque a calumniis seniorum eripuiti. Ecce, Pater aeterno, Filii tui de Cruce pendentes vocem non exaudis? Nunc denique Mater admirabilis, et postero-memoria digna, ad Iudaeos conversas, sic illos dolenter alloqui mihi videtur: Quid mali fecit vobis benedictus fructus virginis mei ventris? Forsitan hoc malum ipse fecit patribus vestris, quod illos ex Aegypto eduxit, demerso Pharaone cum ingenti exercitu suo in mare rubrum? Malum ne hoc fuit, quod murmurantibus isdem patribus vestris, ob eorum inopiam, dedit eis cornices et man-*

na ad manducandum, omno delectamentum in se continens?... quod rursus murmurantibus in Raphidim ob aquae defectum, dedit aquam de petra durissima?... quod Amalecitas exterminavit?... quod tandem, plurimum triginta regibus proligatis, dedit eis terram fluentem lac et mel?

Non solum igitur benedicta Virgo compatiatur Filio suo, eo quod ipse innocens erat eo sensu, quod nunquam male operatus fuerat, sed insuper, eo quod positive omnibus bene fecerit. Ipse in nuptiis Canae Galilæe aquam in vinum convertit (Io. 2. 11); filium Reguli aegrum Capharnaï sanavit (Io. 4. 50); daemoniacum in synagoga a daemone liberavit (Marc. 1. 23); socrum Petri febrientem, aliosque multos aegros curavit (Matth. 8. 15); in navi dormiens, excitatus a discipulis, sedavit tempestatem, et ventis ac fluctibus imperavit (Matth. 8. 15); duos daemoniacos sanavit in regione Gerasesorum, ac daemionibus permisit ingredi in porcicos (Matth. 8. 28.); paralyticum per regulas ante se demissum consolidavit (Matth. 9. 2); Archisynagoga filiam a morte revocavit, et hemorrhoidis fluxum sanguinis sistere fecit (Matth. 9. 18). Quid plura? Nimis in longum oratio procederet si singillatim eius benefacta recensere vellemus, quae scripta sunt, praeter alia plurima, quae scripta non esse ex Scripturis constat. Ipse aegros immensos sanitati restituit, mutis loquelam, surdis auditum, coecis visum, famelicis cibum saepe per miracula dedit; mortuos nonnullos ad vitam ipse revocavit. Non solum ergo immensus a quocumque crimine et defectu, adeoque innocens neque gative fuit, verum etiam nemo inter homines potiori iure benefactor omnium dici debuit, quam Christus Iesus. Hisce non obstantibus, tam dira tormenta patiebatur, et ad mortem ducebatur tamquam flagitiosissimus, et nemo ex illis qui beneficia ab ipso receperant, surgit ad proclamandam eius innocentiam.

Benedicta autem et dolorosissima Christi Mater, quae ex una parte Filii sui innocentiam quaquaversus probe noscebat; et ex alia ingratitude[m] hominum, illum non defendentium, conspicebat, quanto dolere potuit propterea non debuit? Ipsa dicere potuit cum Regio Psalter *Considerabam ad dexteram et videbam, et non erat, qui cognosceret Filium meum* (Ps. 141). et cum Isai: *Circumspexi et non erat auxiliator* (Is. 63).

Deipara compassa est Filio, quia praesens eius est passioni.

Platonis discipuli inter se quondam disceptabant, quamnam poena plecti deberet mulier in actu adulterii deprehensa. Multi in multas abiecerunt sententias. Fuit aliquis qui proposuit, more Cumanorum, ad alteram asiam per totam urbem circumvehi, ut ab omnibus cognoscere[re]t velut

infamis. Alius aliam poenam substituit, dixitque, duarum arborum inflecti oportere capita, et ad adulterae pedes religari, moxque dimitti, ut interfusa utrimque penderet. Alius adulterae corpus securi concidi existimavit; alius oculos eius erui, vel corpus concremari et comburi, vel nasum truncari, vel sinum dirumpi, vel aliter cruciari, proposuerunt. Unus tandem surrexit, silentioque ceteris imposito, novam poenam exogitavit. Si haec mulier adultera, ipse inquit, filium sibi dilectum iam habet, huiusmodi filium, matre inspectante et praesente, crudeliter occidat. Mirati fuerunt circumstantes ob huius speciosae et novae poenae exogitationem, reposeruntque, iniustum nimis esse, filium ob matris delictum puniri. Ast proponens subiunxit, quod non semel parvulum delicta in filios punita fuerunt: verum in hoc casu ipsi matri adulterae poena indigerent, quia malor exogitari nequit. Cum enim matres filios suos diligere soleant plusquam seipsas, nulli dubium, quod adultera genitrix mallet ipsa potius mori, quam filii sui crudeliter occisionem propriis oculis spectare.

Re quidem vera, in libro Genesis (cap. 11. v. 28) legitur, quod mortuus est Aran ante Thare (seu coram Thare: vide Lyr. vid etiam Hieronim in quaest. Hebraic. in Genes. necnon Calmet, in hunc loc.) patrem suum, in terra natalitatis suae, in Ur Chaldaeorum. Quid sibi volunt illa verba: ante Thare patrem suum? quare haec circumstantia consideranda exhibetur, nempè genitoris praesentia, dum filius Aran moreretur? In divinis Scripturis ne apex quidem superfluous ponitur, et omnia, licet minima, notata sunt digna. — Profecto id scriptum est, ut dolor paternus omnibus innotesceret, qui dum natum suum spiritum exhalantem propriis oculis spectavit, maximus et intensissimus esse debuit.

Id etiam eruitur ex facto Agar, quae, uti in eodem libro Geneseos legitur (cap. 21. v. 15), cum videret filium suum Ismaelem sitientem in solitudine Bersabee, nec haberet guttam aquae in utro, nec fontem proximum, unde illum haurire posset, abiicit eundem puerum suum subter unam arborum, quae ibi erant, et abiit, sedique e regione procul, quantum potest arcus iacere; dixit enim: *Non videbo morientem puerum; et sedens contra levavit vocem suam, et flevit.* Num bene egerit Agar, puerum Ismaelem abiiciendo, iudicare non volumus. Divus Augustinus dicit, illam abiecisisse filium, non tam brachiis, quam animo, illumque reliquisse sub arbore, quasi desperatum et mox moriturum. Hoc tantum colligere possumus ex huiusmodi narratione, nempè quod cordi matris mirum in modum dolorosum evadit, si oculis suis filii sui cruciatus et mortem spectare debeat.

Sed quid loquimur de creaturis rationabilibus, quum etiam irrationabilia, imo ferae ipsae, natos suos adeo naturaliter diligant, ut pro ipsis etiam suam vitam participent? Aquilam omitto, quae ut filios suos ab aenepe defendat, periculo iaculorum se exponit; et pellicanum sileo, qui ut filiorum vulneribus

medeatur, rostro proprium pectus percuciens, sanguinem elicit. Solum ducam, quod si quis leucoculm occidere vel rapere vellet, statim laeana contra audeam venatore[m] totis viribus insurgeret. Quare in Levitico hoc praecipit a Deo datum legitimus (cap. 22. v. 28): *Sine bos, sine ovis, non immolabuntur una die cum feccibus suis.* — Ecce Deus de hoc tam sollicitus fuit, ut mactationem bovis, sivo ovis, cum filijs suis tam solemniter veterit? Doctissimus A. Lapide respondet: *Quia hoc crudele videtur.* Quare crudelis, nisi quia matris, licet ratione non utenti, ob naturalem amorem erga filios suos, quodammodo magnum dolorem afferret filium suum ante suos oculos occisum spectare? — Si hoc igitur de animalibus ratione carentibus, et de ipsis feris; si hoc de ceteris matribus, quid de Deipara Virgine dicemus, quae dilectissimum suum Natum conspiciat tam saeva supplicia patientem?

Ad rem S. Laurentius Iustinianus (lib. de triumph. agon. cap. 11) haec scribit: *Genebat Filius, quod Mater in tam horrendo esset spectaculo: ad cor Virginis loquebatur dicens: Ut quid venisti, columba mea, formosa, mea? Dolor tuus meum auget; cruciatus tuus transfigit me. Heu! quod properas Mater? Ad locum miseriarum raperis? Recede Mater.*

Deipara compassa est Filio, quia impotens ad illum subleandam.

Si aliquod levamen benedicta Virgo dilectissimo Filio suo, in extremo vitae periculo constituto, ad summis doloribus confecto, praebere potuisset, hoc materno eius cordi quodammodo summum ac intensissimum dolorem leniret.

Legimus in libro II. Regum (cap. 23. v. 13): *Desideravit David, et ait: O, si quis mihi daret potum aquae de cisterna, quae est de Bethleem iuxta portam! Irruerunt ergo tres fortes castra Philistinorum, et haurerunt aquam de cisterna Bethleem, quae erat iuxta portam, et attulerunt ad David: at ille noluit bibere, sed libavit eam Domino.* Hoc facte praenotato, 1^o considerandum est, Davidem, non quia siti laborabat, sed tantum quia Bethleem erat patria sua, et ipse recordatus fuerat aquae illius cisternae, de qua saepe liberat, desiderium suum patefacisse; Christus vero in cruce sitim tam ardentissimam patiebatur, ut eius lingua faucibus suis adhaeserit. *David desiderium, ad rem inquit doctissimus a Lapide (sup. hunc loc.) magis ferebatur in ipsam Bethleem, quam in aquam eius: nimirum optabat ipse e manibus Philistinorum extorquiri, et sibi et Israeli reddi.* 2^o prae oculis habenda est differentia maxima, quae intercedit inter amorem tritum sortium militum erga Davidem, et inter amorem Deiparae erga filium suum Iesum. — Beatissima igitur Virgo quid non fecisset, ut aliquod refrigerium Filio suo in Cruce pen-

denti afferret? Videbat ipsa spinarum vulnera, et leniter illas e fronte educere et sanguinem abstergere, caputque ipsum facies illigare voluisset, nec poterat, quia id ei interdicebatur: cernebat faciem spulsi sanguine et lacrymis, perfusam, nec poterat abstergere: aspiciat totum corpus undique cruentatum, nec linteis poterat cooperire: audiebat illum, *Sitio* dicentem: intuebatur felle et aceto potari, nec id avertere poterat, illumque aqua refrigerare. Ex hoc non poterat dolor Deiparae non esse acerbissimus.

Hæc divus Anselmus meditabatur, dum de compassione Virginis, ob eius impotentiam iuvandi Filium, loquens dicebat: *Quis existimare potest quanta tristitia, moerere et dolore vulnerabatur cor Mariæ super unici et naturalis Filii passione, quem tam caste concepit, tam gaudiosè peperit, tam dulciter aluit? Vidit eum ligatum, et solvere non potuit; vidit corpus vulneratum, et vulnus ligare non valuit; vidit sanguinem in faciem fluere, et abstergere nequivit; vidit nudum, et cooperire illi interdictum fuit; caput inclinatum, et sustentare non potuit; fletum, et præ tristitia consolari nequivit; auditio eum dicere, sitio, et ei aquam ministrare non valuit.*

VII.

Deipara compassa est Filio, dum ille prævidebat, quod eius passio multis inutilis esset futura; ipsaque sciebat suos dolores non omnibus esse profuturos.

Divino Spiritu afflata benedicta Virgo, dum iuxta Crucem Filii sui stabat, hoc mente manifeste et certo certius præcognoscebat, nempe quod, cum aliquin copiosissima esset Christi redemptio, et sufficere posset vis unius tantum guttæ pretiosissimi eius sanguinis, non modo ad totius mundi existentis, sed etiam ad salvandos homines immensorum mundorum possibilitum, tamen paucissimi forent qui fructu eius gauderent. Copiosa siquidem fuit redemptio a Christo operata triplici ratione, 1.^o quia multos et acerbissimos dolores perlitit, et totum sanguinem dedit. Una gutta eius sanguinis, propter unionem hypostaticam; imo una humilitatio Verbi, completa in assumptione humane naturæ in utero Virginis, abunde sufficerebat, prout nuper diximus, humani generis redemptioni. Verum, quod sufficiebat redemptioni non satis erat amor, inquit Augustinus; et ideoque, non solum sufficientem, sed amplissimam, superfluentem, copiosam redemptionem complere voluit, adeo ut verificaretur quod Hieremias prædixerat (cap. 13. 1.): *In die illa erit fons patens domui David, et habitantibus Ierusalem, in ablutionem peccatoris, et menstruantæ; et quod scriptum legitur in libro Ecclesiastici (30. 27): Benedictio eius quasi flumen inundabit.* 2.^o Copiosa fuit redemptio ob vehementiam amoris: quippe quia, cum Deus omnipotens potuisset utique, si voluisset, absque suæ iustitiæ læsione, nos per aliquem Ange-

lorum, sive alio modo, nos redimere, tamen voluit per ipsum unigenitum Filium suum Deum de Deo, lumen de lumine, Deum vero Deo vero, nos a tantis miseris eripere. Quare opportune divus Ioannes in Evangelio de tanto charitatis excessu miratur, dicens (3. 16): *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret; et Isaias (cap. 63. v. 9), uti vertunt Septuaginta interpretes, sic loquitur: Non legatus, neque Angelus, sed ipse Dominus salvavit eos, quod diligeret eos, et parceret eis: ipse redemit eos.* 3. Denique copiosa fuit Christi redemptio propter infinitatem proli pro nobis dati, de quo iam superius aliquid attigimus. Apostolus hoc considerans, inquit (1. ad Cor. 6. 20): *Empti enim estis pretio magno* - et apud Ephesios (1. 7.) subiungit: *In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, secundum divitiis gratiæ eius, quæ superabundavit in nobis.*

Hanc copiosam mundi redemptionem, per immanissimum Crucis supplicium a Filio suo toleratum, Deipara non ignorabat. Verum, dum Christus in extremo agone constitutus illud Regii Psalms usurpare poterat (Ps. 29. 10.): *Quæ utilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem?* ex alia parte benedictæ eius Matris illa Isaiæ verba assumere fas erat (Is. 49. 4.): *Et ego dixi: in vacuum laboravi, sine causa, et vane fortitudinem meam consumpsi. . . ut reducam Iacob ad eum, et Israel non congregabitur!* Non ignorabat Deipara, quod Christus docuerat in parabola Evangelica (Luc. 8. 11), nempe tantum quartam partem seminis diligenti seminatore fructum optatum attulisse. Unam autem et quarta pars hominum, vel etiam solummodo quarta pars catholicorum, de fructu redemptionis a Christo operatæ participet! -- Dum autem Christo in Cruce, etiam eius Matri iuxta Crucem stanti, illud occurrebat Michææ vaticinium (Mich. 7. 1.): *Vas mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ!* qui textus opportunus ad rem nostram in versione Syra, Septuaginta, etc. sic exponitur: *Sicut qui congregat stipulam in messe, et sicut qui (colligit) racemos in vindemia.* Ex hac versione duplex similitudo instituitur, nempe Deus comparat se ei qui facit spicilegium post messem, paucasque spicas a messore reliquas colligit huc illic 2.^o racematori, qui perpaucas vas post vindemiam reliquas decerpit. Paucæ spicæ, et paucæ uvæ colligebantur quidem vel ipso passionis Christi tempore, dum Iatro de Cruce clamabat (Matth. 27): *Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum;* dum Centurio Christi divinitatem in propatulo confitebatur dicens (ibid.): *Vere filius Dei erat iste;* dumque illi revertebantur percussentes pectora sua (Luc. 23. 48). Sed huiusmodi paucissimi racemi, huiusmodi rarissimæ spicæ, quid sunt respectu unius tantum guttæ sanguinis Christi, quæ quoniam infanti sicut, sufficeret ad redemptionem mille, et amplius, mundorum, si existent? 3.^o Esset quidem magno medalla vulnere benedi-

ctæ Virginis si ipsa sciret, quod sicut copiosa erat Christi redemptio quoad sufficientiam, ita copiosa etiam esset, quoad efficaciam, ut verbis utar Angelici Doctoris: sed tanto vulnere medalla nulla fuit, et immediabilis tunc remansit plaga eius.

Virgo Deipara post mortem Filii.

Dolor Virginis in transfusione lateris defuncti Filii sui.

Unus militum lancea latus eius aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua.

Io. 19. 34.

Nemini dubium esse potest, in toto Psalmo sexagesimo octavo Christum per os David loqui de sua passione. In primis, cum videret aquas tribulationum et desolationis intrantes, velut mare spumans, usque ad animam suam, opem divinam implorat: *Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam:* in sytes infidas, et in scopulos multos incidisse, et deinde se a ventis adversis in altum mare detectum et submersam dolet. Adhæc, gratulos adversarios suos confortatos super se, quibus, cum ipse esset eorum frater, lamquam extraneus factus est et peregrinus, luget. Denique innocentiam suam, sanctitatem et iustitiam causæ a se propugnatae, labores suos, necnon præcipue suam in æterno Patre confidentiam exponit. Facta autem memorata felle, quod dederunt et in escam, et aceli, quo in siti sua potatus fuit, dolet quod inimici sui desævire non cessaverint, et de hoc maxime conqueritur, dicens: *Et super dolorem vulnere meorum addiderunt (ibid. vers. 27). Quidnam quaeso Christus his postremis verbis intelligit? quomodo Iudæi addiderunt dolorem super dolorem vulnere suorum?*

Hugo Cardinalis (in explanat. hui. versiculi) exponit memorata verba de vulnere lateris Christo post mortem illatum; ait enim: *Super dolorem vulnere meorum, id est manuum et pedum, addiderunt vulnus lateris.* Super dolorem nuper vidimus. Divus Ioannes autem in suo evangelio dicit, quod post illam amarissimam potionem Iesus mortuus est. En eius verba (cap. 19. v. 20): *Cum ergo accepisset Iesus acetum dixit: Consummatum est. Et inclinato capite emisit spiritum.* Si igitur ita se res habet, profecto propheta, de quo loquimur, nempe de additione facta præcedentibus vulneribus, non potuit adimpleri, nisi in vulnere lateris, quod post mortem inflictum fuit cadaveri Christi. En facti series, secundum laudati divi Ioannis Evangelium (cap. 19. v. 32): *Venerunt ergo milites, et primi quidem frugerunt crura, et alterius, qui crucifixa*

crifixus est cum eo (nempe utriusque latronis). Ad Iesum autem cum venissent, ut viderent eum iam mortuum, non frugerunt eius crura, sed unus militum lancea latus eius aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua. Christus igitur certissime iam erat mortuus quando vulnus lateris illi illatum fuit. Verum si mortuus iam erat, quomodo potuit sentire dolorem ex huiusmodi vulnere? quomodo inimici eius ex malignitate et pravitate cordis potuerunt habere propositum adiendi dolorem ceteris, quos iam Iesus passus fuerat? Non me lateat, Medicam (3 part. q. 51. a. 1.) cum nonnullis aliis dixisse, quod cum Iesus certissime prævideit, dum adhuc viveret, huiusmodi vulnus sibi post suam mortem inferendum, illudque sponte et voluntarie acceptaverit, sensit anticipatè dolorem notum, qui provenire debuisset ex eodem ictu, quique addendus erat doloribus ceterorum vulnere. Scio etiam, alios expositores diversas vias inire ad memoratum textum explicandum, illorumque interpretationum, dummodo Catholice Ecclesie sensus non adversentur, veneret et in debito honore retineo: verum, quod ad nostram propositum attinet, ego existimo aliam viam tenere, et dico 1.^o relate ad Christum, quoniam iam erat vita sanctus, Iudæi: vulnere lateris eius, si non addiderunt et contumeliam, ignominiam et dedecus super dolorem vulnere meorum 2.^o relate ad Deiparam, quæ iuxta Crucem stabat, suisque oculis illum immanitatem et sævitiem spectabat, præcedentibus doloribus novum profundissimumque dolorem addiderunt.

In Deuteronomio sic lege sancitum erat (cap. 21. v. 12): *Quando peccaverit homo, quod morte plectendum est, et adiudicatus morti, appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadaver eius in ligno, sed in eadem die sepeliatur.* Id potiori iure censuerunt Iudæi locum habere debere respectu Christi; nam non solum cito sepeliendus erat quia appensus in patibulo, sed ratione festi sequentis. Re quidem vera crucifixus et mox Christi locum habuit in parasecæ sabbati, et in sabbato non licebat operari. Adhæc, non agebatur de imminencia cuiusvis sabbati, sed solemnissimi festi paschalis, quod contaminatum et funestatum fuisset, secundum Iudæorum existimationem, si illa die appensa remaneret cadavera crucifixorum. Ob triplicem igitur adductam rationem, nempe suspensionis in patibulo, parasecæ sabbati, et parasecæ paschæ, patuissent Iudæi interdictam sibi esse ad usum tantum diem transferre Christi sepulturam. Interea hora, in qua ipse Iesus expiraverat, fuit circa nonam, et vesperæ utriusque festi sequentis iam appropinquabant: solemnitates autem a vesperis incipiebant; scriptum enim est in Levitico (cap. 23. v. 32): *A vespera usque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra.* Heic ab re non erit advertere, diem divi simul de computari; est namque dies naturalis, dies astronomicus, dies civilis, et dies artificialis.

Dies naturalis evolvitur viginti et quatuor horis; astronomicus computatur a meridie ad meridiem; civilis constituitur pro gentium arbitrio; artificialis denique dies est spatium, quo sol in horizonte apparet. — Babylonici, aliqui populi numerant diem ab ortu solis ad ortum solis: alii a media nocte ad mediam noctem. Nunc temporis catholica Ecclesia pro aliquibus, exempli gratia, pro ieiunio, pro abstinentia a cibis vestitis, et pro cessatione ab operibus servilibus, computat diem a dimidia nocte praecedente ad dimidiam noctem sequentem; pro rebus liturgicis vero a vespere ad vespere. Sed Hebraei pro civilibus et sacris rebus, uti nuper vidimus, incipiebant diem a vespere, et ad vespere terminabant. Quotiam igitur vespertinum tempus appropinquabat, in quo duplex solemnitas, nempe sabbati et paschalis incidebat, oportuit sepulchrum Iesu et duorum latronum cum eo crucifixorum, accelerare. Hi autem duo crucifixi a dextris et a sinistris Christi nondum mortui erant. Iudaei ergo, ut non remaneret in cruce corpora sabbato; erat enim magnus dies ille sabbati, rogaverunt Pilatum, ut frangerentur coram crura et tollerentur (Io. 19. 31). Crucifixi morem Iudaei a Romanis mutarunt, teste Lactantio (de ira lib. 3. cap. 18), et hoc immani tormento mors damnata accelerabatur, rumpendo ipsorum crura validi mallei, aut vectis ferrei icibus. Lipsius (de Cruce. lib. 2. cap. 15) fatetur Romanos aliquando consuevisse crucifixi paenam statueri pro reis graviorum facinorum, et Svetonius (in vit. August. cap. 67) testatur, quemdam Tallum amanuensem damnatum fuisse crucifragio, eo quod, pro pretio quingentorum denariorum patefecerat secretum sibi commissum in epistola, quam ipse, pro sui officii munere, transcribere debebat. Hoc tormenti genus inventum fuit, tum ad maiorem gravitatem poenae damnatorum; tum etiam quia, cum aliqui per plures dies viverent in cruce, per dictum crucifragium celerius vitam finiebant; nam, teste Plinio (hist. nat. lib. 11. cap. 48), in crucibus quaedam vis vitalis. Facta igitur ipsis Iudaeis a Pilato testate, venerunt ad montem Calvariae, et primi quidem frangerunt crura, et alterius; qui crucifixus est cum Iesu. Huiusmodi crucifragii tormentum voluissent profecto etiam Christo inferre; verum cum venissent, invenerunt illum iam mortuum. Cassato autem crucifragii seipo, quod erat, uti diximus, mortis acceleratio, vice illius tormenti, unus militum lancea latus eius operavit, et continuo exivit sanguis et aqua (Io. 19. 34).

De nomine militis, qui vulnus lateris Christo mortuo infixit, sacri Evangelistae omnino tacent; communis tamen et receptissima sententia invaluit, illum Longinum vocari, et huiusmodi opinio iungitur tum Martyrologio et Menologio antiquis et modernis, tum auctoritati nonnullorum Sanctorum Patrum et ecclesiasticorum scriptorum. Brevitatis gratia haec tantum commemoro divum Augustinum (in Manual. cap. 23), div. Isido-

rum Hispanensem, relatum a Salmorone (tract. 48 de pass.), divum Gregorium Nazianzenum (tragaed. de Chr. patient.) etc. Sunt qui putant militem hunc fuisse Centurionem illum, qui visis miraculis in morte Christi, exclamavit: Vere Filius Dei erat iste (Matth. 27. 34); dicunt etiam nonnulli, ipsum fuisse coecum, et ad contactum sanguinis Christi lucem oculorum recuperasse; quod merito a Card. Baronio improbat; non enim videtur verisimile, quod coeco militi executo sententiae Pilati demandata fuerit. Subiungunt, illum sic egisse, qui sua muneri erat, sub sua responsabilitate et propria vitae periculo, curare, ne patiens de patibulo adhuc vivens deponeretur. Sed huiusmodi opinioniones habent ex una parte patronos, ex alia adversarios; hi enim obiciunt: Si iste miles erat idem, qui nuper Christi divinitatem assererat dicendo: Vere Filius Dei erat iste, quomodo autem fuisse tam horragio vulnere eiusdem latus foderet? Illi contra reponunt, ipsum hoc fecisse, ut graviores a Christo arceret iniuriam, quo profecto illata fuisset per crucifragium. De coelo subiungunt, quod cum munus eiusdem Centurionis esset, ut innoxius, curare ne vivus crucifixus de Cruce deponeretur, ad ipsum pertinebat experimentum facere, an iam obisset; in quo nihil piculi admittere putabat. Nos hanc questionem nominis et officii eiusdem militis intactam reliquimus, et solum arbitramur, illum fuisse unum ex custodibus, qui latronum crura frangerat, ad mortem illis accelerandam; et similiter egissent cum Christo, frangendo etiam eius crura, si adhuc viventem reperissent. Neque multum immoramur in quaerendo, an a latere dextero, sive a sinistro illatum fuerit supradictum vulnus corpori Christi. Sunt qui tenent, in sinistro latere Christum fuisse perfossam, quia ibi sedes est et domicilium cordis, ubi in sacris Canticis (cap. 4. v. 9) Sponsus se a Sponsa vulneratum affirmat; alii, ob alias rationes, lanceam latus dexteriorum pertransisse autem. Denique non desunt qui utramque sententiam conciliantes adfirant, eisdem lanceae transisse per cor et pericardium, atque exiisse per latus sinistrum ad passillam; et haec opinio subscribitur Prudentius (in carm. de Pass.), divus Cyprianus (tract. de pass. Chr.), Theophilactus, etc. Communis et receptissima Ecclesiae usus est, ut imagines Christi cum vulnere in latere dextero depingantur; et consuetudines, maxime quando sunt antiquae sive immemorabiles, maximam auctoritatem habent. Duo solum pro certo affirmare possumus, huiusmodi 1.º quod inflicto tali vulnere, non naturaliter, sed per miraculum continuo exiit sanguis et aqua (Io. 19. 34); non prius sanguis et postea aqua, sed simul utrumque; impermixtum tamen, ut unum ab altero discerneretur; 2.º quod sicut vulnera clarorum fuerunt tantae magnitudinis, quod Apostolus Thomas post resurrectionem in eorum cicatricibus potuit digitum inferre, sic vulnus lateris tam ingens fuit et latum, ut

idem Thomas totam suam manum immittere in illud valeret.

Ex saepe memorato huiusmodi vulnere nullum novum dolorem Christum sentire potuisse certo certius constat; mortuus enim erat, et cum anima separatur a corpore, doloribus amplius locus non datur; unde divus Thomas (1. 2. q. 35. 1. c.) docet, ad dolorem requiri duo, scilicet conjunctionem mali, et apprehensionem eius. Non debuit quidem aliquis auctor, profecto damnandus, qui sub quodam male intellectae pietatis praetextu, asserere ausus fuit, lateris vulnus Christo adhuc in cruce viventi illatum fuisse; nos tamen iam ex ipsis luculentissimis evangelicis verbis demonstravimus, tantum post mortem Christi latus lancea perfossus fuisse.

De mysteriis, qui in hoc vulnere latent, nihil dicimus, nam doctissimus Carthagensis disertissime de illis loquitur (lib. 12. hom. 1. et 2.). Arbitramur tamen patientissimum Iob ad hanc lateris Christi apertionem perpexisse, cum dixit (Iob. 16. 13): *Posuit me sibi quasi in signum, circumdedit me lanceis suis, convulnerunt lumbos meos, non pepercit, et effudit in terra viscera mea: concidit me vulnere super vulnus, irrui in me quasi gigas.*

His praenotatis, nunc brevier demonstrandum est, quod relato ad Christum, quoniam iam vita functus erat, Iudaei vulnere latus eius, si non addiderunt dolorem, addiderunt sane contumeliam, ignominiam et dedecus super dolorem vulnerum eius.

1.º Inaudita immanitas profecto est in mortuum desaeire. Ipse leo, qui sua feritate ceteras belluas longe superat, non modo homini iam mortuo, sed etiam prostrato parere solet: unde Ovidius, ethnicus poeta, scripsit:

*Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni;
Pugna suam finem cum iacet hostis habet.*

et Plato (lib. 5 de rep.) inquit, illum qui in mortui hostis cadaver irrumpit, non differre a canibus in lapidas saevientibus, eo qui necesse, praetermissio. Tandem, ne nimis in hac thesi demonstranda immoremur, de Polystrato legimus, ipsum poetam quemdam dure iterasse, propterea quod in extinctum tyrannum stylium acussit. En eius verba: *Institutum tuum laudarem si virum acussasses; viventem namque tyrannum lacessere viri esse duo; at mortuo insultare, civitatis.*

Ieremias propheta (cap. 12. v. 9) inquit: *Namquid avis discolor haereditas mea mihi? namquid avis tineta per totum? venite, congregamini omnes bestiae terrae, proproate ad decurandum.* Multi sancti Patres et Sacrarum Scripturarum interpretes diversimode explicant hunc versiculum, sed Septuaginta, loco avis discoloris, sic legunt: *Namquid spelunca hyenae haereditas mea est mihi?* - Quid

autem his verbis intelligitur? En explicatio ad nostrum propositum. In speluncis et cavernis solent congregari hyenae saevae et immundae, ut cadavera mortuorum devorent; unde Hugo Cardinalis (in hunc locum) inquit: *Hyena corpora defunctorum persequitur, et effossa devorat.* Ierusalem autem recte comparatur cavernae et speluncae hyenae saevae et voracis; et quemadmodum haec bestia in ipsis cadaveribus mortuorum desaevit, ita Iudaei, non saturati opprobriis Christo viventi illatis, velut hyenae, in illum adhuc mortuum irrumpunt, et lancea latus eius aperiant.

Haud ignoro, nonnullos gravissimos auctores, inter quos divus Thomas, dixisse, militem lancea latus Christi aperuisse, ut probaret, an revera esset mortuus, quemadmodum nuper innoxius. Verum, cum iam ex ipso aspectu cadaveris, et ex aliis argumentis, illum vita functum esse chrissime apparet: cum insuper ex ipso Evangelii textu eratur, milites eiusdem mortem non ignorasse; legimus enim: *Ut viderant eum iam mortuum; et nihilominus a lateris apertione non destiterunt; cum denique, admissa etiam aliqua dubitatione ex parte militis, non desessent alii modi, ut eiusdem mortis certus fieri posset; sequitur, quod tantum saevitiae, crudelitatis et contumeliae ictus lanceae asseribi debeat.* - Divus Ioannes Chrysostomus (hom. 84 in Ioan.) ex puro odio in Christum aperturam eius lateris, post eius mortem, derivatum fuisse affirmat; et eiusdem opinioni adspulperunt etiam divus Isidorus, Theophilactus, alique. Non brevitate gratia, auctoritatem tantum Ioannis Tauleri (serm. de Pass.) haec referimus: ipse inquit: *Fecerunt hoc crudeles Iudaei ex feritate et nequitia singulari; noverant enim, quod dedecus illatum defuncto, tanquam adhuc viventi factum habeatur: et hoc ipso persuadere solebant omnibus, tantum esse scelus et facinus Salvatoris, quod in vivo corpore digne castigari nequiverit; itaque necesse fuit in corpus defuncti desaeire. Heu! quot scelera in uno lanceae vulnere! Quis profecto in milite, lancea Christi latus vulnerante, non videt summam calliditatem, invidiam, malignitatem, ac praecipue saevitiam et contumeliam? Ad rem optime divus Ioannes Chrysostomus (in nuper commemor. hom. 84 in Io.) inquit: *Mortuo adhuc insulant. O pessimum voluntatem ac scelestissimam!* Theophilactus (in Io.) subiungit: *Lanceam Christum circa corpus ex animo contumelias inferentes.* Unde praefatus divus Isidorus asserit, quod praecio ob hanc crudelitatem erga mortuum, gravius delictum commiserant Iudaei in ictu lanceae, quam in ipsa crucifixione.*

Hinc catholica Ecclesia in sua liturgia, dum dulce vocat Crucis lignum, in quo Salvator noster pendit; clavornique vocat dulce ferrum, quo appensus fuit in eiusdem Crucis patibulo; e contra lanceam, qua Christi latus perfossus fuit, crudeliter et diram denominat: *Murone dira lanceae* (Ecol. in

hymn. *Lustra sea qui iam peregit*). Videbatur sane magis ratiofoni consonum vocare *dulcem lanceam*, quia illius ictus nullum attulit Christo dolorem, cum iam mortuus esset; et contra *duri* dicendi essent clavi, qui manus pedesque Christi viventes perforando, incredibiliter illi dolorem attulerunt; et crudeliter potius Crucem: verum Ecclesiae epitheta haec sapienter commutavit, ad denotandam maximam crudelitatem illorum, qui Christo adhuc mortuo tanta immanitate insultarunt.

Nunc demonstrandum superest, quod ictus lanceae, lesu Cristii cadaveri illatus, relate ad dolentissimam Deiparentem, quae iuxta Crucem stabat, praecedentibus doloribus novum profundissimumque dolorem addidit.

2.^o Simeon, dum Christus infans ad templum Ierosolymitanum oblatum fuit, ad eius Matrem conversus, Spiritu Sancto allante, dixit (Luc. 2. 34): *Positus est hic in signum, cui contradicetur . . . et tuam ipsius animam pertransibit gladius*. Haec verba, iuxta sententiam Hugonis (in comm. hui. loc.) sic intelligi possunt: *Tuam ipsius animam*, idest Christi, quae est tua per amorem, pertransibit gladius. Re quidem vera in libro 1. Regum (cap. 18. v. 1.) legimus: *Anima Ionathae conglutinata est animae Davidis, et dilexit eum Ionathas quasi animam suam*. Quis ignorat, amantis animam quodammodo magis esse in amato, quam in seipso? quasi glutine enim adhuc entissimo, eorumdem, nempe amanti et amati, anima sic coniunguntur, ut illi unam eandemque videantur habere animam, meatem et voluntatem. Unde amans de amato dicere solet: *dimidium animae meae*; et vulgo de duobus amantibus dicitur, unam animam in duobus corporibus residere. Ad vivum hic conceptus exponitur a profundissimo divo Augustino (in suis confess. lib. 4. cap. 6). Ipse enim loquens de suo intimo amico defuncto, sic dicit: *Ego sensi animam meam et animam illius unam fuisse animam in duobus corporibus*; et ideo mihi horrore erat vita, quia volebam dimidium vivere, et forte mori metuebam, ne totus ille moreretur, quem multum amaveram. Id potiori certe iure adfirmari debet de amore matrum erga filios; isti enim, sicut relate ad corpus sunt pars earum, nam ex eorum sanguine et substantia concepti sunt; ita quodammodo relate ad animam, videntur unam eandemque illam habere cum matribus, quae magis in natis suis vivere solent, quam in seipsis. Argumentatione autem semper progrediente, quid dicendum erit de beatissima Virgine, quae, cum nulla humana ope, sed virtute tantam Spiritus Sancti, Christum conceperit, totum Filio dedit; adeoque notabilissimo modo, strictius quam ceterae matres, illum dilexit? Haec autem dilectio, quae a natura illi indita erat, ex gratia illi collata immensum fere in modum crevit. Quodammodum autem tota anima Deiparae erat in corpore lesu per sublimissimum amorem, sic vicissim tota lesu anima erat in corpore Matris ob intensissimam charitatem, adeo ut in anima videretur. Hisce

positis, quid mirum, si lanceae ensis, quae Christi latus aperuit, cum in corpore eiusdem lesu animam quodammodo Matris suae invenerit, eius animam pertransivit et vulneravit? Ad rem mellifluis Clavevallensis Abbas, divus Bernardus (in serm. sup. *Signum magnum*) inquit: *Vere tuam, o beata Mater, gladius animam pertransivit; alioquin non nisi eam pertransiens carnem Filii penetraret. Et quidem postquam emisit spiritum tuus ille lesus (omnium quidem, sed specialiter tuus), ipse plane non attingit animam crudelis lancea, quae impius (nec mortuus parcens, cui nocere non possit), aperuit latus, sed tuam utique animam pertransivit. Ipsius nimirum anima iam ibi non erat; sed tua plane inde nequibat aelli. Tuam ergo pertransivit animam eis doloris.* — Huic divi Bernardi testimonio praestat subtingere aliud eximii Ecclesiae Doctoris Sancti Bouaventurae (in Meditat. de vit. Chr. cap. 80.). Videtur fortasse minuta nimis et puerilis narratio ab eo facta de apertura lateris Christi, sed est tanti Doctoris, idque multam auctoritatem ei comparat. Ea eius praecisa verba: *Commorantibus et sedentibus, reverenda Domina nostra Maria, atque Ioanne, Magdalene et sororibus Matris Domini ab una parte prope Crucem. . . ecce armati multi veniebant a civitate versus eos. . . multum quidem Domina timet. . . et vertens se ad Filium mortuum dixit: Fili mi dilectissime, quare redeunt isti? quid facere amplius tibi voluit? . . . Putabam satiatos esse de te; sed ut video, adhuc te mortuum persequuntur. . . Appropinquant autem illi cum furore et strepitu magno, et videntes latrones adhuc vivere, frangunt eis crura, et ipsos occidunt et deponunt, et in aliquam fossam velociter illos proficiunt. Redentibus autem ipsis versus Dominum Iesum, timens Mater ne similiter faciant cum Filio suo, tacta dolore cordis virginitatis, genibus flexis, et brachiis cancellatis, vultu lacrymabili et voce rauca, sic eos alloquitur dicens: Viri fratres, rogo vos per Deum altissimum, ne amplius me vexare velitis in dilectissimo Filio meo. Ego enim sum modestissima Mater eius, et scitis, quod nunquam offendi, nec iniuriam vobis feci. . . Non exspectat, ut eius crura frangantur. Videtis, quod iam mortuus est et migravit; hora enim est postquam discessit. . . Unus autem, Longinus, nomine, tunc impius et superbus, sed postea conversus, et martyr, et sanctus, perignis lanceam de longe, preces et rogamina contemnens, latus Domini Iesu dextrum vulnere grandi aperuit, et continuo exiit sanguis et aqua. Tunc Mater semimortua cecidit inter brachia Magdalene. . . Sed nunc vere Filii corpus, et animam Matris huius lanceae gladius perforavit. — Praeterea devotissimus Lanspergus (homil. 54. de Pass.) sic loquitur: *Dixit Christus cum Matre sua huius vulneris iniuriam, ut ipse quidem per-culionem et vulnus exciperet, Mater vero huius vulneris se poenam et dolorem reciperet. Denique, ne alia innumera testimonia congeramus, pro confido sufficiat referre verba Guillelmi Pe-**

pini (in suo Rosario aur. serm. 29), qui sic scribit: *Constat autem, quod illa lanceatio nullum dolorem Christo intulit, eo quod ipsius anima iam de corpore recesserat; sed anima Matris in corpore Filii propter amorem et compassionem erat, etiam magis, quam in corpore proprio; et ideo lanceatio illa ipsius animam sibi existentem pertransiit, dum Filio compassa fuit; ex eo scilicet, quod nec mortuo parcere volebant.*

Quoniam autem ostium nobis apertum est in corde Christi per lanceae ictum, bonum est nos hic esse (Matth. 17): hic habitabimus, quoniam hoc domicilium elegimus (Ps. 131. 14.). Et quoniam lancea etiam Deiparae Matris nostrae cor pertransivit, ingrediamur simul ad eam. O quam dulce, quam iucundum, quam utile est habitare in corde Christi vulnerati, et in corde Deiparae a doloris gladio transverberatae!

III.

De desolatione Virginis post mortem Filii sui Jesu.

Apud Ecclesiasten (cap. 7. v. 2. et 3.) legimus: *Melius est ire, dies mortis die natalitatis. Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivii*. Id omnino verum est, tum ex parte ipsius morientis, tum ex parte superstitum. Ex parte morientis, quia ipse in die natalitatis proiectus fuit in vallem lacrymarum, in locum exilii ac innumerarum aerumarum: in ipsa euna obviam illi factae sunt calamitates, miseriae, infirmitates et omnigena pericula. E contra in die mortis, ille qui recte vitam duxit, ad portum securitatis appulit et cessantibus omnibus miseriis, vitam aeternaliter beatam exorditur. Hinc sanctorum gloria incipit in morte, et dies migrationis illorum dies natalitatis ab Ecclesia nuncupatur. Unde etiam Thracae, licet huiusmodi fidei illuminati non fuerint, teste Herodoto (vide Alexand. ab Alexand. lib. 2. Genial. cap. 25), stultis prosequerentur suorum natalitatis, et plangebant recentes calamitates et vitae incommoda, quae mox puer passurus erat; risu vero diem mortis et honore prosequerentur, exultabantque in funere, propterea quod defuncto iam datum erat excedere ex omnibus calamitatibus et infortuniis, quae vita secum ferat. Id ex parte morientis: ex parte vero superstitum melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivii. In domo convivii quid invenitur? Crapula, ebrietas, levitas etc: ibi animus dissolvitur, et ad murmurationem, ad intemperantiam, ad inhonestatem et ad alia scelera inducitur. Vice versa qui ad domum luctus se conferunt, perpendit mortem, et vertit ad bonum cor suum. Idem sacer textus avertit rationem, quare domus luctus melior sit domo convivali, nempe quia in illa finis eun-

clorum admonetur hominum, et vivens cogitat quid futurum sit. — Adhaec in domo luctus virtutes recensentur et praeclara facinora defuncti; sique ad illorum aemulationem impelluntur. Ibi etiam officia pietatis erga eundem vita functum, necnon compassionem erga suos propinquos persolvere possunt. Nonne divus Franciscus Borgia, dum Gaudiae, dum cadaver imperatricis defunctae efferebatur ad sepulturae locum, mundo valedixit, vitamque pristinam commutavit, aperiendo sarcophagum, et videndo iam difformatam illam faciem, quae nuper pulchritudine et vita florebatur? Vere igitur monumenta sic dicuntur, quia *monent mentem*.

Transeamus igitur libenter ad domum luctus, et talis luctus, qualis nec antea similem habuit, nec poterit habere posterius. Haec dies mortis melior est die natalitatis ipsius Servatoris nostri I. C., quia tunc inceptum tantum, nunc vero perfectum est nostrae salutis opus. Transeamus, inquam, ad domum, in qua desolata Virgo Maria reperitur, ut illam de morte ingenitum et dilectissimum Filii sui, si non consolare, saltem aliquo pacto dolorem eius temperare possimus. Ibi moriamur, quod vita ipsa pro nobis mortua est; ibi iusta funebria officia nostro redemptori Jesu Christo persolvemus, simulque pietatem nostram, filiolumque observantiam Matri nostrae dolentissimae exhibebimus.

In libro Ecclesiastici (cap. 7. v. 29) legimus: *Genitus matris tuae ne oblitiscaris*, et paulo inferius (vers. 38): *Non desis plorantibus in consolatione, et cum lugentibus ambula*. Re quidem vera comportum est, quod luctus communionem dolor alleviatur, quia in illis dividitur, et ab his quasi sustentatur. Ita fecit Job dicens (cap. 30 v. 25): *Flebam super eo, qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea pauperi*. Huiusmodi compassionis officium persolvere debemus erga quoscumque nostros proximos, sed potiori iure erga Matrem nostram in die desolationis cordis eius; et talem Matrem qualis est Deipara Virgo. Causae cur compassionem quodammodo inducit tribulationem ad aperendum cor suum, antea oculos et oppressum, facitque ut dolor effluat, et a persona quae patitur ad personam, quae compatitur derivetur. Unde S. Ambrosius (lib. 3. offic. cap. ult.) inquit: *Solatum huius vitae est, ut habens qui peccata aperias tuam, ut colloces tibi circum fidelem, qui in prosperis gratuletur tibi, in tribus compatitur*. — 2.^o ratio est, quia afflicti, quantumlibet sapienter, in suo dolore semper est consiliorum inops: compatiens autem sana consilia ad dolorem mitigandum suggerit, quae dolor patientis diluunt in seipso invenit: unde in libro Proverborum (cap. 27 v. 9) legimus: *Bonis amici consilium anima dulcoratur*. — 3.^o ratio est, quia compatiens dat patienti quasi partem cordis sui, quare patientis duplici quasi eo de confortatus, levius fore dolorem. Rursus patientis in una lanceae ponti suum dolorem, in alia consolatiorem quam recipit, et ex hoc levamentum quoddam